

A N T O N I I  
**CONCIOLI**  
J. C. CANTIANENSIS  
**OPERA OMNIA.**

A N T O N I I  
C O N C I O L I  
J. C. C A N T I A N E N S I S ,  
Et Prothonotarii Apostolici  
R E S O L U T I O N E S  
C R I M I N A L E S

*ALPHABETICO ORDINE DISPOSITÆ:*

I N Q U I B U S V A R I Æ , E T F R E Q U E N T I O R E S Q U Ä S T I O N E S

Criminales ad universam ferè Theoricam, & Praxim spectantes resolvuntur, & facili methodo enodantur; necnon etiam quamplures Summ. Pont. Constitutiones, & Laicorum Statuta de materia Criminali disponentia secundum modernorum Criminalistarum receptiores opiniones, & supremarum Curiarum decisiones declarantur.

*Q U I B U S I N H A C S E C U N D A V E N E T A E D I T I O N E*  
*a c c e s s i t i n f i n e T r a t t a t u s e j u s d e m A u t o r i s a d S T A T U T A E U G U B I I .*  
*c u m A d d i t i o n i b u s F R A N C I S C I R O M A G U E R E J . C . G e r u n d e n s i s .*

Cum Triplici Indice, nempe Titulorum, Resolutionum, & Materiarum,  
in Resolutionibus praedictis contentarum.



V E N E T I S , M . D C C .

Apud Nicolaum Pezzana.

S U P E R I O R U M P E R M I S S U , E T P R I V I L E G I O .

*ILLUSTRISSIMO DOMINO D.*

F E R D I N A N D O  
S A N C T I O  
*P O N T R E M V L E N S I*

Clarissimo Juris Consulto , Serenissimæ Ducalis  
Cameræ Placentiæ Auditori .

**S**ISTIT se tibi , Vir Illustrissime , in hisce  
Voluminibus Jurisprudentia , utpotè quæ  
jure merito sibi suadet nullum suis votis  
magis opportunum nacturam esse patro-  
num . Ad hanc obtainendam vel à primoribus annis  
tui eruditæ labores collimavere tanto sanè proventu ,  
ut te ipso in dies major firmata jam ætate is tandem  
fueris , in cuius mentem egregia facultas hactenus cę-  
terorum sapientum animos pervagata videatur sedem  
fixisse . Testantur hoc ea præclara munera , quæ obivi-  
sti in Placentina tum Urbe , tum ditione , tam admirabilis felicitate , ut æquitas tua , tua dexteritas , sapientia



# RESOLUTIONES CRIMINALES ANTONII CONCIOLI JVR. CONS. CANTIANENSIS.

## A B S O L U T I O .

### S U M M A R I U M .

1. *Absolutus semel de delicto non potest amplius de eo molestari.*  
*Procedit, quando est absolutus diffinitivè, scilicet si ab obseruatione indicis, nro. 2.*
2. *Absolutus ab obseruatione judicis potest iterum molestari ex novis judicis, que sunt diversa à primis.*  
*Et cummodò indicia supervenientia sint gravia, & sufficiencia ad torturam, nro. 4.*
3. *Absolutus potest iterum molestari, quando proponitur nova causa, que alterat, seu diversificat delictum.*  
*Ac etià quando volens noviter accusare, suam injuriā prosequeretur, & allegaret ignorantiam prime accusationis, nro. 7.*  
*Et sante collusione, nro. 8.*

## R E S O L U T I O . I .

*Absolutus semel de delicto an possit de eo amplius molestari.*

1.  *Absolutus semel de aliquo delicto non potest amplius de eo molestari leg. pen. 6. fin. ff. neur. caup. statut. l. si cui 7. 8. iisdem, & ibi Bart. ff. de accus. de bis 6 eod. id. & tradunt Clas. in pract. 5. fin. q. 57. in princ. ubi testatur de communione, late Farin. de inquis. d. q. 4. n. 1. d. seq. ubi alios dat concordantes, & conf. 4. m. 1. 7. lib. 1. Decia. teatrum. lib. 3. c. 30. in princ. Costa de scien. & ignor. cent. 2. d. v. 68. n. 1. ubi ampliat, etiam si nova supervenientia indicia Cabal. ref. crim. casu 93. n. 1. cent. 1. Scacc. de jud. lib. 1. c. 12. n. 84. Guazz. def. 2. c. 7. in princ. Vermig. conf. 55. n. 2. Ursell. in exam. apud cent. 1. 2. n. 1. d. seq. qui alios dant concordantes, plenè Giub. conf. 53. num. 17. & 18. ubi dicit id fieri neque posse de mandato Principis, ut ibi per eum.*

*Volenti enim iterum accusare, seu inquirere semel absolutum obstat exceptio rei judicata l. 2. c. de incep. rei judic. Boet. decif. 289. n. 9. Farin. de inquis. d. q. 4. in princ. Guazz. d. def. 2. c. 7. n. 2. ubi dicit, d. exceptionem impedit littera ingressum, cum de eodem delicto his quari non possit d. c. de bis 7. ibi nos. Canonista de accus. & scribit Farin. in d. q. 4. in princ. & in d. conf. 4. n. 17. & Giub. d. conf. 51. n. 17. q. 18.*

2. *Littera primò d. conclusionem, ut habeat locum, quando res fuit absolutus diffinitivè tanquam innocens, scilicet si fuit absolutus ab obseruatione judicis rancum, puta cum clausula ex biddenus deducitur, vel rebus sic stantibus, & similibus, quia delictum non fuit probatum, juxta communem Constat. Refol. Crim.*

*pradicam, quia tunc, d. absolutione non obstante, potest seruum molestari ex novis supervenientibus indicis, etiam ab eodem Justice, ut tradunt Boet. in pract. in tit. de sentent. n. 65. Clas. in pract. in d. q. 57. n. 3. d. seq. ibi Bajat. in princ. Covat. var. ref. l. 1. c. 2. n. 8. & lib. 2. c. 10. n. 1. Farin. in d. q. 4. n. 23. d. seq. Coftad. d. q. 68. n. 7. Caball. d. casu 92. n. 8. & seq. plenè Guazz. d. def. 2. c. 7. n. 7. & 9. ubi alios adducit concordantes Grub. d. conf. 53. n. 31. Illustriss. Sperell. decis. 134. n. 65. p. 2.*

*Declarata primò d. primò limitationem, quod reus absolutus ex ab obseruatione judicis possit iterum molestari ex novis supervenientibus indicis, ut habeat locum, quando indicia, que supervenerunt, non sunt de illis, que in processu ante extabant, sed sunt diversa, quia super primis iam purgatis non potest fieri fundamentum, etiam si melius probarentur, cum tunc non dicatur supervenire novum indicium, sed nova veteris indicii probatio: nova enim indicia dicuntur illa, que differunt à veteribus specie, vel substantia, ut si prima indicia erant de mala fama, vel de iniurie, & postea supervenit testis de visu, & similia, ut declarant Guid. de Suxar. de indic. & tort. nro. 57. Brun. de indic. par. 2. q. 5. nro. 62. & alii, quos refert, & sequitur Guazzin. def. 2. c. 7. nro. 18. Caball. d. casu 93. nro. 43. & seq. Joan. Bapt. Rotell. inter conf. Farin. conf. 108. & 19. lib. 2.*

*Declarata secundò d. limitationem, ut indicia supervenientia debeant esse gravia, & sufficientia ad torturam, & non aliter, ut docent Boet. in pract. in tit. de sent. nro. 61. Clas. in pract. d. fin. q. 46. vers. pariter etiam d. seq. Theob. Non. conf. 103. nro. 5. & fentent Farin. de inquis. d. q. 4. m. 25. in fin. Guazz. def. 6. c. 4. n. 20. & 36. Pir. Maur. de fidejus. par. 1. sect. 2. c. 3. n. 25. & Jo. Bapt. Rotell. inter conf. Farin. d. conf. 108. nro. 18. & 19. & de hac materia dixi infra in verbo *Fidejus*.*

*Littera secundò d. conclusionem, ut non habeat locum, quando possit absolutionem proponeretur nova causa, que alteraret, vel diversificaret delictum, ut si quis sit inquisitor de homicidio simplici, & de eo fuerit absolutus, & postea imputetur de homicidio cum qualitate parricidii, & similia, quia tunc super illo possit denovo molestari, cum tunc non dicatur inquiri super eodem delicto, sed diverso, licet aliud sit, quando nova qualitas non alteraret, nec diversificaret delictum, ut tradunt Anton. Gomez. varier. ref. tom. 2. capit. 1. num. 27. Foller. in pract. capo. par. 3. capit. 35. num. 8. Farinac. de inquis. d. q. 4. nro. 4. ubi dicit, propter novam qualitatem, que non diversificat delictum, non possit absolutum noviter molestari, etiam si illa augeret peccatum, ut ibi per eum, & in absoluto à percussione, quod possit iterum molestari cum qualitate, quod illa facta fuerit cum omnibus coadunatis, voluit. Decinal. crim. lib. 3. capit. 30. numer. 24. & cum hac limitatione*